

Misce pro vno & sic pro aliis: post bibitos duos syrups, mittatur sanguis ex basilica dextri lateris, ad octo vel deceim vncias. Post syrupum accipiat hanc medicinam in aurora cum custodia.

R. Confectionis hamech 3.s.

Trochisci alhandal gr.vj.

Misce cum zuccharo, fiat bolus.

R. Myrobalanorum,

Indici,

Citrini,

Chebuli,

Belliricorum ana 3.j.

Contundantur grossio modo, & fricentur manibus cum oleo amygdalarum dulcium, post infundantur in sex libris aquae fumiterra, dimittantur per diem & noctem. Deinde,

R. Polypodij,

Epithymi,

Foliorum senæ ana 3.ij.

Liquiritiae,

Seminis citri ana 3.j.

Garyophyllorum 3.s.

Corticum radicis ellebori nigri 3.ij.

Decoquantur omnia simul ad consumptiōnem medietatis: deinde facta diligentie expressio-ne & colatura,

R. Huius decocti 3.vj.

Iuleb violati 3.ij.

Sumat manē in aurora totum, & ita perseueret per dies sex: Post totam hanc purgationem, vtatur per vigintiquinque dies continuos zuccharo rosarū manē & ferò hora vna ante cibum pondere 3.s.

#### CONSILIVM CCCIII.

##### Pro exhausto venere.

**B**D V C T A puella quidam exhaustus est, ita vt nullum membrum mouere posset. Sequutus vomitus cholerae præsinæ & febris intensa. Montanus vocatus dixit, Exhaustus est, & nutritre non possum propter febrem, quid agam? Augerentur enim cruditates maioresque fierent putrefactiones, & intenderetur febris. Febris arguit super repletionem, & non possum eum euacuare propter exhaustos spiritus. Sentiebat puncturas in latere satis magnas, præsertim cum moueretur. Expuebat materiam viscosam, subnigrā, & sanguinolentam interdum cum tussi: ideoque alij Medici pleurisin esse putabant. Montanus ex anhelitus levitate colligebat non esse pleurisim, ex tussi minus frequenti, dolore non continuo, & pulsu licet debili, non tamen serrino: tamen nihil temere pronunciauit, donec cū altero Medico loqueretur. Instituit victum panatellam cum brodio pulli iuuenis, vel lacte ex seminibus melonum, & tribus vel quatuor amygdalis: euacuauit clysteris, & vsus hoc syrupo:

R. Syrupi ex infusione rosarum,

De succo endiuiae ana 3.j.

Aquam boraginis q.s.

Recitauit Montanus historiam (quia Medicus alter putabat pleurisin, & sanguinem mittere vo-

A lebat) dixit: Quidam vna nocte multis vicibus se exhausit: superuenit febris vehemens, Medicus mittere voluit sanguinem, sed alius iussit affari columbos, & expressum torculari succum, quem miscuit cum iure pulli & modico vini ac zucchari, addendo paululum musci: item ouis recentibus, & sic eum refecit. Sequenti die ordinauit:

R. Florum chamoimillæ m.j.

Farinæ,

Fœnugræci,

Seminis lini ana 3.j.

Rosarum rubr. m.j.s.

Decoquantur cum aqua communi, & fiat fo-mentatio cum spongia.

R. Olei chamomillæ,

Amygdalarum amararum,

Rosarum completi ana 3.j.

Liniatur locus dolens.

R. Succi liquiritiae,

Zucchari penidij ana 3.ij.

**C**Cum syrupo violato misce, fiat lambituum, de quo sumat saepe parum, & detineat in ore ut deferatur ad pulmone. Septimo die cum tussi remitteret, & sputum facile succederet, sine febri esset, nec sentiret dolores: vinum dedit paucif-ferum, carnes item pullorum, sed omnia subito ingurgitanda.

#### CONSILIVM CCCIII.

##### Ad erectionem membra.

**R**IM ò caueat à refrigerantibus, in-ter quæ est vinum nimis dilutum aut acidum, quod hæret in venis, & facit tormina suspensum in viis. Item ab eu herbarum frigidarum nimio. Partes inferiores non exponat aeri frido. Vtatur vino dulci, carnibus optimis. Omnia grana conueniunt, legumina, & pisces omittendi. Caueat animi molestias, singulis diebus manē sumat hoc electa-rium tribus horis ante prandium:

R. Nucis muscatæ,

Doronici,

Linguæ ausi ana 3.ij.

Renum scinorum 3.ij.

Radicum satyrionis 3.ij.

Croci 3.j.

Farinæ ciceris 3.ij.

Cum optimo zuccharo albo. Deinde illinato tum pudendum, & spacium inter anum & testes

**F**hoc vnguento:

R. Storacis liquidæ 3.j.

Benzoini storacis,

Calaminthæ ana 3.ij.

Olei de spica 3.s.

Calami aromatici 3.vj.

Croci 3.j.

Puluerizentur puluerizanda, misce pro lin-imento.

#### G Ad pollutiones nocturnas.

R. Rosarum rubr.

Sandalorum,

Citrinorum ana 3.j.

Sifimbrj